CONVENTIO
INTER
REMPUBLICAM ITALICAM
ET
SUMMUM PONTIFICEM PIUM VII.

PROŒMIUM.

PRaeses Reipublicae Italicae Primus Gallicanae Reipublicae Consul, & Sanctitas Sua Summus Pontifex Pius VII pari studio cupientes, ut in eadem Republica certus stabilisque ordo in iis quae ad res Ecclesiasticas pertinent constituatur; volentesque ut Religio Catholica Apostolica Romana in suis dogmatibus integra servetur in sequentes articulos convenerunt.

Articulus I.

Religio Catholica Apostolica Romana esse pergit Religio Reipublicae.